

31
6
**CONSPECTVS
PRAELECTIONVM**

TVM PUBLICARVM

TVM PRIVATARVM,

QVIBVS

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

SINGVLI DOMINI

PROFESSORES

INDE

A PASCHATIS FESTO

A. C. CIOIOCCCLXI.

OPERAM NAVABVNT,

PUBLICATIVS


AB

HODIERNO ACADEMIAE RECTORE,

IOANN. CHRIST. BVRCMANN,


S. S. THEOL. D. ET P. P. O., FACULT. SVAE ET MINIST.


ECCLESIAST. SENIORE.



ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS,





IN FACULTATE THEOLOGICA.



IOANNES CHRISTIAN. BVRGMANN, S. Theol. Doct. et Profess. P. O. suaeque Facultatis Senior, etsi vacationem a praelectionibus, statutorum academicorum beneficio habeat; nec Vniuersitas Rostochiensis destituatur Viris inclytis, et Doctoribus hinc priuatis, hinc publicis, qui ipsius vicem occupent: dum ipsi tamen est anima, partibus suis fungi nullum praetermitter tempus, nisi quod vel senectus et infirmitas, vel administratio rerum publica adstringunt, aut inopinato ipsi subducunt. Per integrum annum, cui hic conspectus destinatus, est, quid agendum sibi sit, longe prospicere nequit; aegre vero constituit. Trium tantum horarum antemeridianarum, IIX, IX, et X, ipsi relicta potestas est, quas in studiis litterarum collocet. Aliorum insuper desideriis obtemperare, quam proprio arbitrio stare, praeoptat. Illis igitur, qui ipsius institutionem adpetunt, optione permessa, sex speciminis gratia adpellabit collegia, quae pro lubitu cum aliis commutari poterunt.

- I. *Theol. Dogmaticae*, quod eiusdem prolegomena per aestatem persequetur.

) 2

II.

- II. *Polemicum*, quo controuersiae domesticae saec. XVI, et XVII, demtis Pietisticis, historice atque elenctice excutientur.
 - III. *Theologiae moralis*, quod sanctitatem christianorum internam et externam docebit.
 - IV. *Exegeticum*, quod S. litterarum interpretationem tradet.
 - V. *Symbolicum*, quod Librorum Ecclesiae Lutheranae Symbolicorum historiam et *δυσνόητα* perlustrabit.
 - VI. *Historiae Eccles. N. T.*, quo enarrabuntur XVII. saecula praeterlapsa, quorum cognitio pragmatica S. Theol. Cultoribus, adprime conducit.
- Vt his conatibus exitus respondeat auspicatus, Diuino Numini supplicat.

IOANNES HENRICVS BECKER, S. Theol. D. et Prof. P. O. fortunante Deo, sequentes meditatur, in usum Nobiliss. sanctioris disciplinae Cultorum, praelectiones: 1) Pastorales, siue: de partibus ministri ecclesiae rite perfungendis; facta simul, ubi opus est, Agendorum ecclesiasticorum Meclenburgensium collatione. 2) In doctrinam de legibus matrimonialibus, siue: de gradibus consanguinitatis, et adfinitatis, iure diuino prohibitis. In qua ambigua materia maxime necessarium est, ut ad sacrum officium adspirans Theologiae cultor tutam tempestiue eligat sententiam, in qua conscientiam confirmet, ne dato postea in sacro munere casu, incertus fluctuet. 3) Isagogicas in sacros noui foederis libros, ad ductum forte b. Boerneri, vel Moldenhaweri. Quibus addet cum tempore. 4) Biblicas cursorias in eisdem N. T. libros. Ceterum, animi proposito quousque responsura sit valetudinis ratio? id erit experiendum.

IN

IN FACVLTATE IVRIDICA.

IACOBVS HENRICVS BALEKE, Iur. D.
et C. P. P. O. Finitis iusto tempore collegiis brumalibus
per instans semestre aestium

Hora VII-VIII. exponet *Ius Feudale* praeunte Iac.
Gahr. Wolfio, in eoque collegio non solum Ius feudale
commune, sed in specie quoque patrium docebit.

Hora VIII-IX. ordietur denuo *Institutiones Iur.*
Ciuilis duce *Heineccio*.

Horis X-XI. et XI-XII. reiterabit *praelectiones*
sic dictas Pandectales ad ductum *B. Boehmeri in Introd.*
in Ius Digest.

Hora II-III. diebus mercurii et sabbathi adornabit
exercitationes disputatorias, et reliquis diebus instituet
examinatorium siue *Institutionale* siue *Pandectale*, ele-
ctione plurium suffragiis permessa.

Hora III-IV. praeleget *Ius Publicum* secundum
Schmauff. Elem. iur. publ. vel, si plures *iuris ecclesiastici*
praelectionem desiderant, illorum desiderio haud deerit,
et in hoc casu illustris *Georg. Ludov. Boehmeri* elementa
nouissime edita explicabit.

Loco *iuris Criminalis* in feriis Pentecostalibus et
Canicularibus *duos libros terribiles* in Pandectis obvios
explanabit.

Faxit Deus ter optimus terque maximus, vt omnia
succeedant feliciter!

IN FACVLTATE MEDICA.

IO. BERNH. QVISTORP, Med. D. et P. P. O.
atque Poliater, Artis salutaris Cultoribus, sequentes
offert Praelectiones.

X 3

Primo

Primo tradet Materiam Medicam, agetque tum de iis eorumque Signis diagnosticis, quae Simplicia, tum de iis, quae Composita et Praeparata dicuntur.

Secundo tractabit Botanologiam, cum Plantarum non modo Demonstrationibus, verum etiam de earum in Medicina Vfu et ad Praxin clinicam Applicatione.

Tertio explicabit Methodum medendi, iunctis passim dispensandi et praescribendi Formulæ.

Si qui etiam in aliis amplius Artis Partibus operam suam requisierint, eam non denegabit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

IOACH. HENR. PRIES, S. S. Theol. D, Moral. P. P. O, et ad aedem D. Mar. Pastor, juramenti, quo Deo, Academiae, suaeque Patriae Civitati obstrictum semet sentit, nunquam immemor; nihil in se desiderari patietur, quo officiis suis, Divino auxilio certissime fretus, faciat satis.

In Praelectionibus suis *Dogmatico-Polemicis*, quas praeterlapso demum semestri denuo auspicatus est, per duas quotidie horas, scilicet XI - XII. et V - VI, sedulo perget.

In novis laboribus, quos per anni spatium promittere potest, cuncta ita disponet, ut, quantum in se est, omnia eo conferat, ne Dnis Commilitonibus desit occasio, proficiendi in iis, quae ad studia eorum Academica rite formanda, pertinent.

Hinc in tradendis scientiis Philosophicis, *Logica, Metaphysica, doctrinisque Moralibus*, in *Hermeneuticis* s. *Exegeticis, Criticis, Historicis*, et quae ad βιβλιογνωσίαν s. *cogni-*

s. cognitionem librorum, pertinent, per tres aut quatuor quotidie horas, suam pollicetur operam.

Praestantissimos igitur Dnos Commilitiones perquam humaniter invitat, ut ipsum convenient ipsi, quamve ex modo commemoratis, tradi cupiant doctrinis, exponant; quo facto, de horis cuilibet labori impendendis facile statui potest, ita ut suo tempore omnia ex tabula publica, rite moreque consueto, significari queant.

Cuncta Deus T. O. M. nobis feliciter et ex voto evenire jubeat!

IOANNES IACOBVS QVISTORPIVS, S. S. Theol. Doct. et Metaph. P. P. O. per instans *Semestre aestivum*

Hor. VIII-IX. post *Ontologiam* absolutam reliquas *Metaphysicae Partes*, *Cosmologiam*, *utramque Psychologiam*, atque *Theologiam Naturalem*, S. Vener. SCHV-BERTO Duce, docebit.

Hor. IX-X. perget in Collegio *Theologiae Dogmaticae*, ad *Partem* eius II, quae *Opera Dei* persequitur, progressurus.

Hor. II-III. *Historiam Ecclesiasticam N. T.* iuxta *Compendium Turretinianum*, a S. R. TOELLNERO et germanice versum, et ad nostra usque Tempora continuatum tradet.

Hiberno Tempore, si DEVS Vitam Viresque servaverit, Praelectiones *Metaphysicas*, cum *Baumgarteniano Schubertianum* Compendium mutans, redauspicabitur, iisdemque, prout Dominis Auditoribus commodum visum fuerit, addet, aut Collegium *Theologiae Moralis* praeunte b. REVSCHIO, aut Collegium *Hermeneuticae S.* in Theses b. BAUMGARTENII, aut Collegium *Critico Isagogicum in Scripturam S.* COLLIERIVM *Anghum* Ducem sequuturus. Initium Praelectionum cuiusvis Generis



Generis tempestive satis ex Tabula publica indicet. An-
nuat Conaminibus SUPREMVM NVMEN!

CHRIST. EHRENF. ESCHENBACH,
Math. Prof., hora matutina VIII-IX. in docenda *Phy-
siologia* perget; eaque absoluta; eadem hora, *Materiam
Medicam* explicabit; infimulque, durante aestate, die-
bus Mercurii et Saturni, excursions instituet *Botanicas*,
praesertim in patriae urbis vicinia plantas, tam sponte
provenientes, quam cultura accedente in hortis educatas,
investigaturus. Finita aestate praememoratam horam
matutinam Lectionibus *Medico-Legalibus*, nec non, si
auditores id postulaverint, *Anatomicis*, destinavit.

Hora pomeridiana II-III. partim in docenda *Chi-
rurgia*, quam exponere incepit, perget: partim, finita
eadem, Pathologiam et Chirurgiam concernentes *Casus
Clinicos* auditoribus elaborandos suppeditabit.

Tandem et *Mathesin Puram*, secundum proprias
Institutiones, quarum Sectio I. Arithmeticam proponens,
aliquamdiu jamjam, impressa adfuit, denuo offert iis,
quicunque scientia hac ab ipso erudiri cupiunt, horam
auditoribus commodam facile inventurus.

Insuper abundamus Viris inclytis, Doctoribus et Ma-
gistris, qui Facultatum omnium disciplinis, optimisque
litteris tradendis vacant.



Neque desunt nobis linguarum exoticarum intelli-
gentes atque exercitiorum, quibus corpus perficitur, pe-
riti, qui studium offerunt et pollicentur.



P. P.

D. XXXI, MART. CIOCCCLXI,